sulcos à platea incipiend ad stativ seu Viam Spalowska tenden inter meta
eiusdem fratris Stanislai et Christophori iacen cum area et omnibus ac singulis
utilitatibus fructibus proventibus attinentijs et pertinentijs nullis exceptis in Summa
Viginti florenorum polon hinc usque ad exemptionem et summae praefatae integram
exolutionem obligavit et inscripsit Cui iam ex nunc Intromissionem realem cum pacifica
possessione per Nobilem et Nobiles duos acceptam dat et admittit. Submittitque se idem
ipse recognoscens cum suis posteris de omnibus bonis memoratum tenutarium et
eius successores eiusmodi Inscriptionis ab omni impedimento cuiusvis omnium
personarum propinquarum et remotarum hoc tempore tenutae eiusmodi quoties
quoties opus et necessarium fuerit tueri defendere evincere et solus per
se et per submissas personas non iniuriari sub Vadio simili aliorum
Viginti florenorum polon Et coram officio praesenti Castren Bransceni peremptorie
respondere Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis legalibus
impedimentis etiam de iure conceptibilibus se abrenunciando et abrenunciando.

C. Bijstrzicki Burgrabij Quietatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransceni personaliter comparens Nobilis
Laurentius olim Iacobi Zawatzki nomine Nobilis Pauli Zmirzewski a quo de genere
cavet Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia
Generosum Christophorum Bijstrzicki Burgrabium Curiae Bransceni de extra-
ditione equi coloris gniadey eiusdem Zmirzewski proprij per Nobilem Mathiam
Szimanowski praesentati recepto eodem equo quietat et liberum facit per
perpetuis temporibus.

Brzozowo Cessio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransceni personaliter comparens Nobilis Gregorius
filius Stanislai Brzozowski Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit.
Quia Nobili Bartholomeo filio Christophori Brzozowski et suis posteris de Inscriptione
Obligatoria principali per Nobilem Christophorum Brzozowski parentem ipsius Nobili
Nicolao Brzozowski super bona Brzozowo Chroscy in Summa quatuor Sexa-
genarum facta et recognita Tandem per eundem Nicolaum sibi recognita in eadem
Summa demissa. Cum Omnimoda potestate eiusmodi Inscriptionis suae ac parata
Intromissione possessione tuitione evictione ac ligamentis in originali inscriptione
Contentis Cedit. Omneque et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens
in personam ipsius transfert et transfundit. Intromissionemque illi iam ex
nunc cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos acceptam dat et admittit.